



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Jn Caput V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

re, inde manifestum euadit, quòd quæ in Andrea commentario sub Timonis, Sefridi, & Ebbonis nomine commemorantur, pleraque si non omnia, ad verbum in Historia Tom. 2. Antiquæ Lect. reperiuntur. Nam ex horum trium lucubrationibus olim quidam Anonymus vitam S. Othonis specie Dialogi conscripserat; quam Andreas auxit, suppleuit, distinxit, & clariorem reddidit; vt ipse sua in præfatione fatetur. Alij autem, omisâ formâ Dialogi, & tacitis Auctorum nominibus, & nonnullis refectis, hanc, quam Canisius in lucem dedit, historiam concinnarunt, quæ etiam exstat. (vidi enim) in Manuscripto quodâ Codice Rebdorffensis Monasterij. Breuius adhuc huius vitæ Compendium edidit Surius Tom. 4. Nam superioris ætatis homines historias vel decurtatas, vel integras proponere solebant, prout, pro suo quisq; gustu, eas ad lectoris gustum facturas arbitrabatur.

Vtrum autem ipsa monumenta Sifridi, Ebbonis, Herbor-di, Timonis, ex quibus hic commentarius confectus est, adhuc superent, mihi non liquet. Nunquam certè in illa incidi, licet sat multas Bibliothecas, & Bibliothecarum Catalogos conuoluerim.

### In Caput V.

**D**E Codice Spalterij. Ita sæpe Prisci Codices: quibus etiam psallere, est *psallere*; & psalmodia, *psalmodia*, per literarum metathesin, qua nihil vulgo vicitius in Latinis & Græcis vocabulis, in communem usum & morem transeuntibus; à quo postea doctiores, qui scribunt, eadem vocabula sæpe mutuuntur, vt accommodent se veteri illi dicto; Loquendum, vt multi: sapiendum, vt pauci.



DIGRES-